

ret, & ex ipis omnes tenebras expelleret. Sed causa, que voluntarie, & libere operatur, non agit quantum potest, sed quantum vult. Cum ergo Deus sit agens maxime voluntarium, & liberum, sequitur quod bonitatem suam communicet creaturis, quantum ipsi placeat, & videt expedire, & sic in creaturis aliquid boni producit, sed permittit etiam aliquid mali, ex quo sumit occasionem boni. Hanc solutionem indicat S. Thomas hoc art. 3. ad 1. ubi ad simile argumentum sic respondet. Ad primum dicendum, quod sicut dicit Augustinus in Enchirid. cap. 11. Deus, cum sit summe bonus, nullo modo fineret aliquid mali esse in operibus suis; nisi esset adeo omnipotens, & bonus, ut bene faceret etiam de malo. Hoc ergo ad infinitam Dei bonitatem pertinet, ut esse permittat mala, & ea non dicitur bona.

XXII. Nihilominus dato, quod Deus necessario ageret, & non libere, adhuc non destrueret omne malum: Quare respondetur potest distinguendo aliter antecedens ex Cajetano: unum contrarium si fuerit infinitum totaliter destrueret alterum formaliter, & in proprio suo subiecto, conc. ant. effective, & in aliis subiectis, subdistinguo: si fuerit causa univoca: transeat, si causa fuerit equivoca: nego anteced. Ratio ergo formalis in aliquo subiecto posita, si fuerit in summo, ab eo totaliter excludit suum oppositum. Sic calor, qui formaliter in summo est in igne, omne frigus ab igne profusus excludit, & sic ratio infinita bonitatis, que formaliter in Deo tamquam in proprio subiecto residet, excludit ab eo omnem penitus rationem mali. Sed quando illa ratio formaliter residens in subiecto proprio sese effective communicat alienis subiectis; tunc vel hoc facit per modum causa univocæ, nimirum eisdem rationis, & ordinis: & sic totum suum oppositum destruit etiam effective, & in aliis subiectis, dummodo ea disposita inveniatur: sic ignis si inveniatur lignum bene dispositum, communicat illi totum plenitudinem caloris, quam habet in se, expellendo ab eo omne frigus, immo illud etiam convertendo in ignem. Sed si causa fuerit equivoca, & alterius ordinis, ita ut non possit effectus totam suam perfectionem acquirere, sed ex parte tantum, tunc non potest totum oppositum ab aliis expellere, sed plus, vel minus secundum gradum, quo perfectionem participant. Cum itaque Deus sit aquidam, ac diversus aliorumque ordinis causa, & quamvis necessario ageret, non posset infinitam suam bonitatem cum tota plenitudine, qua in ipso est, alteri Deo communicare, & refectus qui ab illo procedunt, sunt illius infinite bonitatis tantum participationes, hinc est quod in eis de facto non destruit, nec, quamvis necessario ageret, destrueret in eis omnem rationem imperfectionis, & mali, sed plus, vel minus juxta majorem, vel minorem suæ bonitatis participationem.

XXIII. Dices secundo. Sicut in rebus invenitur magis, & minus bonum, ita in rebus invenitur magis, vel minus malum, sed ex hoc non arguitur esse maximum, & summum malum, quod fit causa omnis mali; ergo neque ex primo arguitur, esse unum maximum, & summum bonum, quod fit causa omnis boni.

XXIV. Respondeo, repugnare aliquid esse, & summum malum esse, seu per essentiam malum. Si enim est, ens est, & natura quædam; Si ens est, bonum est, quia omne ens in quantum ens, est bonum, neque aliquid dicitur malum, nisi quia privatur aliqua entitate, & perfectione. Neque aliquid dicitur magis, aut minus malum, quia magis, aut minus accedit, aut participat de summo malo, sed quia magis, vel minus recedit, aut deficit a summo bono. Quare ex quo dicitur summum bonum, quod fit causa omnis boni, non sequitur, debere dari summum malum, quod fit causa omnis mali, ut ponebant Manichæi. Vide S. Thom. 1. part. quest. 99. art. 3. rem hanc ex professo agentem.

S. V.

Postrema D. Thomæ ratio.

XXV. Quinta via, qua D. Thom. probat, Deum esse, sumit ex ratione supremi Governoris. Videmus enim, ea etiam, que cognitione carent, operari propter finem, & fines suos per debita media consequi, sed quæ cognitione carent, non possunt finem intendere, illisque sibi præferre, quem non cognoscunt; ergo oportet, ut a causa cognoscente ad illum dirigatur, sicut sagitta non potest scopum attingere, nisi dirigatur a sagitante. Evidens ergo est, dari in Mundo unum supremum Governatorem, & rerum omnium Provisorum. Hinc Cicero lib. 1. de Natura Deorum. Quid (inquit) potest esse tam aperum, tamque perspicuum, cum Calum suspexit, celestiaque sumus contemplari, quam esse aliquid nomen præstantissimum mentis, quo hæc reguntur? Et lib. de Divinatione ait: Præstantem aliquem æternam naturam, & cum suscipiendam; admodumque hominum generi, pulcherrimo Mundi, ardore verum calidissimum cogit consideri.

XXVI. Dicit Atheus ex certa propositione, quam res quælibet in se, & ex se habet, nasci, quod ad finem suum dirigat, quia agnoscat aliquid supra se. Sic ignis suapte natura calefacit, aqua madefacit. Mundi autem, & rerum coadunatio non aliqua mente dirigente, sed sortuito, & casu ita coaluit, climato non excludit necessitatem intelligentie dirigentis, ut patet in cytharæ chordis, que licet habeant inclinationem, & proportionem ex melodiâ, que licet habeant inclinationem, & manu eis ordinate pulsante, egent tamen mente eas aptante in libro formant dictiones, ad suas fapate naturâ sunt proportionatæ, dictiones tamen nunquam formantur, nisi ab aliquo intelligente essent combinatæ. Si ergo qui audit cy-

tharæ sonum, statim judicat, chordas ab aliquo tangi, qui legit librum judicat, litteras ab aliquo fuisse dispositas; cur ex Harmonico partium Jusus Mundi conceptu non arguet mentem eis miro ordine disponentem, ac suæ Providentiæ manu eas tangentem, & legens in universi magno libro tot varias rerum combinationes, supremam intelligentiam eas ordinantem, non deprehendit?

XXVIII. Secundo. Inclinationes, que rebus insunt sepe numero sunt, nedum diversæ, sed invicem repugnantes, que ad unum finem conciliari quomodo possent, nisi adesse superpreme aliquid intelligentie, cui parentem, ordinatio, que pro universi totius bono causis inter se pugnantibus uteretur? Rursus sepe contingit, rem contra particularem suam inclinationem operari, ut cum aqua, aut lapis sursum ascendunt: quomodo autem contrarie illæ inclinationes a natura prodirent nisi aliquid esset, qui bono universali prospiceret, & propter istum faceret, ut res quælibet propriam inclinationem illi posthaberet?

XXIX. Hoc ratiocinium pulchre urget S. Joann. Damasc. l. 1. fidei orthod. c. 3. Qui enim, (inquit) fieri potuisset, ut inter se pugnantem naturam ignis, inquam, & aqua, aeris, & terra ad unum Mundi constitutionem cecissent, seu quævis adeo nexu cohererent, ut nullaratione solvi possent; nisi omnipotens vis illi qua ea compingisset, ac perpetuo a dissolutione servaret? Quid est, quod ea, que in Cælo, & que in terra existunt, quæque naturam præcipuunt, & que in aquis degunt existunt, quæque his interioribus sunt, Calum, terram, & aërem, ignis, quæque & aqua naturam terris disposuit licet in quoniam commixta hæc sunt, & distributa? Quid est, quod motus illi impressi, perenni- que, nec ulla va cohibito casu in motu? An non coram Artifice, qui rebus omnibus rationem modulatur, quo universum hoc regatur, & regatur indiderit? An qui coram Artifice? An non it, qui ea condidit, inque verum naturam produxit? Nec enim (eo automate) sui casu eam vim, facultatemque tribuerimus. Sic enim sane casus, quod exititio: ac cuius tandem erit in dispossit? Verum illud quoque, si habet, concedamus: casus vero erit eadem juxta illas, quibus primam conata sunt, leges conservare, & sustinere? Alterius profecto, quam casus. Atque hoc quædam aliud, nisi Deus? inquit Damascenus.

XXX. Ad hæc: ignorare Athei non possunt: omnem causam per accidens, quales sunt fortuna & casus, subnixam esse alieni causæ per se. Si enim factorem causam in Templum Iurum in creditorem insperato incidit, fortuna id factum dixerit: ubi voluntas mea erit per se causa itionis in Templum, accidens autem causa occurrit cum creditore. Et si tegula de tecto decidens caput prætereuntem percutiat, casum id vocamus: ubi lapsus quidem per accidens causa est vulneris: at gravis lapidis est causa per se, qui decidit, dirigitur item, & accipitur, cur vulneret. Quomobrem si casus fortuita, & amorum concessit hæc nature compages debetur, quam quædam causam per se afferret Atheus?

Si dixerit cum aliis, Mundum hunc non cæco casu, cæca tamen necessitate existit.

XXXI. Quæro. Mundus, qui necessario existit, vel cœpit existere, in tempore, vel ab æterno fuit; Si in tempore cœpit: ergo ab aliquo origine cœpit: etiam enim ex nihilo aliquid factum credimus; aliquid tamen factum ab nihilo absurdissimum judicamus. Si vero dicant, semper Mundum fuisse: ergo infinitum habuimus majores, atque in generationibus dabitur infinita progressio. Quod si ita erat: unde tam reteris eorum memoria, qui artes quæcumque invenierit? Unde item, quod illorum nec vobis nec vestigiis superest, qui infertis ante nos fuero temporibus? Hoc argumentum tanti fecit Lucretius lib. 3. ut propterea cœpisset Mundum, satis esse recentem fatetur.

S. VI.

Ultimo perstringitur Atheus, ex S. Augustino.

XXXII. Quia dari potest Atheus adeo pertinax, qui rationibus superius expensis nihil motus adhuc dicit: Quomodo fieri debet dari Deum, tantumque mihi onus imponere, cum Deum non videam? Sic cum Augustino in Psalm. 83. primo redarguendus est. Non videt, inquit, quid prodigiosum sit? Anima tua videtur, ut opinor: stulte, corpus tuum videtur: animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum scilicet videtur: quare non sperdit? Et respondet: (Sapit enim adhuc) quia visus? Unde scit quia visus, cuius animam non videt? Unde scit? (respondit) quia liquor, quia ambulo, quia operor. Sicut, ex operibus corporis agnoscit viventem: ex operibus creatura, non potest agnoscere creatorem?

XXXIII. Secundo Atheum urget idem S. Augustinus hoc discursu. Nimirum: si Dei naturam capere tuo ingenio non potes, neque ad ejus notitiam tuo discursu pervenire, credas saltem universo generi humano, cum revera tibi attestant: si enim tibi aliquid afferent vis, ut credatur, cur non velis ipse credere hominum Universaliter clamant Deum existere, naturam omnium aliquid omnem humanum Optum superantem? Si quis ergo (inquit lib. 2. de lib. arb. cap. 2.) illorum insipientiam, de quibus scripsimus est: dixit inflexit in corde suo non est Deus: hoc tibi dicitur, nec vultis tecum credere, quod creditis, sed cognoscere, utrum vera creditis: primum ab eo quæres: an hoc ex pernicia dicit, an vero bono animo, que veritatis cognoscende studio. Quod si dixerit, se amore veritatis, & bono animo hoc quæret; ipsi respondes. Non credo. Quod si attestetur, ita esse, & roget, ut sibi credatur, tunc contra illum procedes sic. Cur est ut ego tibi credam, quod dicit, & ego non video, nimirum bonum ani-

animum suum, qui toti Orbis attestant Deum esse, credere non vis, quia non capis, quia non vises? Ita ad hominem perstringit Atheum Augustinus.

XXXIV. Nulla ergo veritas est, que tam clare stabilitur fundamentis, quam existentia Dei, licet Atheus ab oculis suis cum conetur avertere, ne ad Deum reduci cogatur. Dicitur autem Deo existentiam esse onerosam, intolerabilem Blasphemia est. Sicut est Deus: quod si Atheo onerosus videtur: hoc ideo evenit, quia impiorum mos est optimi ac justissimi Principis formidare potestatem.

QUESTIO I.

De Unitate Dei.

Atheismo devicto, ad Poltheismum proficendum via facta aperta parata est. Semel enim stabilita Dei existentia, ejus quoque Unitas stabilita est, quia idem est Deum esse, & esse unum. Quare scite Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 3. Deus si unus non est, non est; Verum cum multis modis a Dei unitate aberratum fit, propterea stabilita Dei unitate, referemus quoque ad eruditionem incipientium varios contra illam errores.

DUBIUM I.

An Deus necessario debeat esse unus.

S. I.

Dei unitas asseritur.

I. Deo. Deus ita necessario est unus, ut sit omnino impossibile, esse plures Deos. Ita S. Thomas hac 1. part. quest. 11. artic. 3. & quest. 103. artic. 3. primo contra Genes. c. 43. & alibi. Hanc veritatem Deus in scripturis passim testatur est. Deuter. 6. vers. 4. Audi Israel, Dominus Deus noster. Dominus unus est, cap. 32. vers. 39. Videte, quod ego sim solus; & non sit alius Deus præter me. 1. Reg. c. 2. vers. 28. Neque enim est alius extra te. Isaia 37. vers. 21. Tu es Dominus solus, c. 43. vers. 11. Ave me non est formatus Deus, & post me me non erit: & c. 44. vers. 6. Absque me non est Deus: & c. 1. Cor. 8. v. 4. Nullus est Deus, nisi unus: esto autem Paulus ibi vers. 5. subicit: Siquidem sunt Dii multi, & Domini multi. Loquitur tamen de iis, qui dicuntur quidem Dii, sed non sunt: unde ait: Nam essi sunt, qui dicuntur Dii, sicut in Cælo, sicut in terra loquens de Diis Paganorum, quibus erant Dii in Cælo, Dii in Terra, Dii in Mari; Dii in Inferis; nobis tamen unus Deus.

II. Nunc ratiocinibus, quibus utitur D. Th. 1. part. qu. 11. art. 3. citato, veritas ista probanda est. Primo: Deus est essentialiter singularis; ergo unus, essentialiter incommunicabilis est essentialiter singularis, non potest esse plurius: unde si homo esset essentialiter Plato, non posset esse, nisi unus homo nempe Plato. Anteced. vero probatur. Deus est essentialiter existens, esse ipsum esse de essentia Dei; ergo esse singularis est de essentia Dei: antecedens patet ex dictis quest. prædicta, & magis patebit infra. Consequentia vero probatur. Existens est ultima res perfectio supposita omnes alias, & præcipue singularitatem, cum nulla res possit esse existens, nisi sit singularis; ergo si Deus est essentialiter existens, est essentialiter singularis.

III. Dices primo. Natura Angelica in opinione Thomistarum est essentialiter singularis, & tamen in eorumdem opinione non repugnat, quod saltem concipiatur, ut communicabilis pluribus solo numero distinctis.

IV. Dices secundo. Natura Divina est communicabilis tribus Divinis Personis, ergo non est essentialiter incommunicabilis.

V. Resp. ad primum, naturam Angelicam esse quidem essentialiter physicè singularem, non autem essentialiter metaphysicè, & secundum conceptum suum specificum, ut est Deus. Quare non repugnat, dum concepta secundum gradum suum specificum, ut præcipuum ab individuali, concipiatur, ut saltem negatue indifferentes ad plura individua, seu ut non determinatue ad unum individuum: ac Deus est essentialiter metaphysicè singularis, ita ut non possit concipi pluralis, quia una numero concipiatur.

VI. Ad secundum dico, quod natura divina non dividitur, aut multiplicatur in tribus Divinis Personis: sed una numero, & indivisa manens communicatur Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Ideoque licet in tribus, manet una numero, & essentialiter singularis.

VII. Præcedenti rationi assens est ista. Si Deitas posset multiplicari, jam Deorum determinatus non esset numerus, sed innumerus, & bene infiniti darentur Dii, omnis enim natura multiplicabilis, & pluralis in individuis, non determinatur ex se ad certum numerum individuum, sed quia ratio potest esse in duobus, poterit esse in centum, in mille, & sic usque in infinitum; eo vel maxime, quod a nullo extrinseci limitari posset ad certum numerum, neque a vitæ brevitate, cum esset æterna, neque a limitatione virtutis, cum esset virtutis infinitæ. Neque unum Individuum Deitatem adæquatur. Adde quod si numerositas femel Deum non dedecet, quæ major eo perfectior erit, ideoque Deitati consonantior; & secundum ipsa, si Deo digna, & ab uno individuo non adæquate absorberetur, in plures, pluresque Deos sese effundere, ac propagare gaudebit.

VIII. Hanc rationem præclare urget Tertullianus lib. 1. contra Marcionem c. 5. dicens: Que ratio duo summa magna

compulsat? Primo enim exigam: cur non plura, si duo? Quomodo lempitorem oportet credi substantiam divinitatis, si competeret ei numerus. Honorior, & liberior Valentinus, qui simul ausus est duos concipere Bithon, & Sigen, cum usque ad eriginta Deorum fuerit, tamquam Xenia scripta examen divinitatis essent. Quæcumque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo, ut ipsa plura post unum. Post unum enim numerus. Quæ ratio duo admittit, eadem potius, & plura post. Ita Tertullianus arguebat Marcionem; qui ut diceretur, duos tantum Deos admittebat. Et Octavius inquit Minutium Felicem lepide deridens; Cur, (inquit) si nati sunt Dii, non hodieque nascuntur? Nisi forte Jupiter senuit, & partus in Junone defecit, & Minerva canuit, antequam peperit... Caterum si Dii creati possent, & interire non possent, plures totis hominibus Deos haberemus, ut jam ac nec Cælum contineret, nec aer caperet, nec sustineret. Hoc adeo verum est, ut referente Eusebio lib. 5. præparat. Evangel. cap. 15. Triginta Deorum milita in terra esse censuerit Hesiodus.

IX. Secunda D. Thomæ ratio ex infinitate divine perfectionis petitur. Deus est infinitus in toto genere essendi; ergo unus: Consequentia probatur infinitum in aliquo genere continet omnes perfectiones illius generis: ergo non potest esse nisi unum: si enim essent duo, aliqua perfectio essendi conveniret uni, que desset alteri, & consequenter neuter esset infinitus.

X. Huic similis est ista: Deus est, qui melius esse, aut cogitari non potest: ergo unus. Prob. consequentia primo: melior est illa natura, in qua plenitudo essendi ita eminenter, & unita continetur, ut extra illam nihil sit, nisi ab illa derivatum, & participatum, quam illa, extra quam reperitur aliquid ab ea omnino independens, & imparcipatum. Secundo prob. consequentia: si essent duo Dii, & aliquid differrent, aliquoquin duo non essent: id autem, quod differret, esset aliqua perfectio: quid enim in Deo non perfectum? ergo aliqua perfectio uterque careret, & quidem summa, nempe ea, qua æmulus ab eo discreparet: quinimo tota unius substantia desset alteri: non ergo esset perfectissimum, quod excogitari non potest. Id urget Lactantius lib. 1. inst. c. Uterius: si saltem sint duo Dii æquales sibi, utroque melius aliquid cogitari poterit, melius est enim non habere, quam habere partem. Melius est alia omnia infra se, quam juxta se habere: melius est solum imperare, quam consortem pati: melius est in alium dominari, quam cum alio: melius est, nihil eximi a suo imperio, quam aliquid, & hoc summum. Adeatur Tertullianus libris contra Marcionem, maxime lib. 1. cap. 3.

XI. Tertia D. Thomæ ratio sumitur ex unitate Mundi sic: Mundus unus est: ergo unus Mundi Factor, & Gubernator Deus: unum enim opus unum prodit Artificem. Si enim esset plures Dii plures utique Mundus fabricarent. Quid enim ad unius structuram oportuit conspirare plures, nisi, si forte minus possent singuli, mutaque opera, & commoditatibus minus indigerent? Deinde si a pluribus factus esset Mundus, omnibus obtemperaret, ab omnibus regeretur: quomodo ergo in Mundo consonantia, an non potius perturbatio? Hoc argumentum urgebat Gentiles Athanasius Orat. Contra Gentes sic concludens: Nam nec novis a multis gubernata recto: curvis ferri potest, nisi ejus clavum unus gubernator tenuerit: nec terra a multis pulsata perfectum concentum efficit, nisi musicus unus eam percussit. Quorum rationem reddit D. Thomas laudato loco: que enim diversa sunt, & diversa, in unum ordinem non conveniunt, nisi ab uno aliquo dirigantur, multa enim melius reducuntur in unum per unum, quam per plura. Quia per se unus una est causa, & multa non sunt causa unus, nisi per accidens, in quantum scilicet sunt aliquomodo unum. Adde, quod Universum hoc esset monstruosum, si duo capita prorsus independentia haberet. Ac præterea, cui ex his duobus servandum esset? Si inter illa discordia oriretur, cui favendum absque alterius inevitabili indignatione?

S. II.

Aliis rationibus unitas Dei demonstratur.

XII. Præter rationes ex D. Thomæ allatas, alius visus Dei unitas probatur. Est primo: Deus est summum bonum, & ultimus finis simpliciter: ergo unus; repugnat enim, dari duo summa bona, & duos ultimos fines simpliciter. Consequentia prob. primo: Summum bonum, & ultimus finis simpliciter ita implere debet totum hominis appetitum, ut nihil extra ipsum appetendum relinquat: quod certe non esset, si præter illud, aliud summum bonum, & ultimus finis daretur. Secundo: de ratione ultimi finis simpliciter est, quod ad ipsum omnia referantur, & ipse ad nihil aliud referatur: sed hoc non esset, si darentur duo ultimi finis simpliciter: ergo Minor probatur; Vel unus illorum ad alterum refereretur, vel non. Si primum, ille, qui refereretur, non esset ultimus finis simpliciter, & in omni genere. Si secundum, ille, ad quem non refereretur, non esset ultimus finis simpliciter, cum de ratione illius sit, ut omnia referantur ad ipsum.

XIII. Secundo probatur. Si essent plures Dii: vel alter sciret secreta consilia alterius, etiam ipso invito, vel neciret: si sciret, par in utroque esset imbecillitas, & impotentia, cum de ratione libertatis, & domini supra actus suos interius sit, ut ipso invito a nemine cognoscatur. Si vero neciret, par in utroque esset ignorantia, & impotentia cognoscendi aliquid cognoscibile, que Deum, qui debet esse infinitus in cognoscendo, dedecet.

XIV. Tertio. Si essent plures Dii, nullus eorum esset omnipotens.

potens: postquam enim, quod unus vellet creare aliquam creaturam, vel creatam conservare; vel alter postea destrueret ejus opus, aut impedire, vel non; Si non, iste non esset omnipotens: Si sic, ille alter esset imbecillis: cum non posset facere, quod vult, & factum protegere, ac tueri.

XV. Quarto. Vel ista pluralitas Deorum displiceret cultibet Deo, & sic quilibet illorum esset infelix, dum se adstrictum videret ad habendum collegam in imperio; vel non displiceret: & sic esset infelicitas, dum non cognosceret defectum Monarchie suam in societate domini.

XVI. Tandem unitas Dei probatur testimonio eorumdem Gentilium. Præsertim enim Philosophi, ac Poetæ, et si plures Deos colerent, videntes fore inconveniētia, quæ hæcenus atulimus ex Deorum pluralitate, unum Deum Deorum, ac summum agnoscerunt; quod testantur, & probant Iulianus Martyr libro de Monarchia, & in Cohortatione ad Gentes; Clemens Alexandrinus in Protreptico, Athenagoras, Lactantius, & quotquot contra Paganos scripserunt. Hinc in Concilio Carthageniensi sub Cypriano n. 57. Saturninus confessor dixit: Gentiles quatuorvis idola colant, totum summum Deum Patrem Creatorem cognoscunt, & confitentur: Id constat ex Veteris Longiniani, & Maximi ad Augustinum: his enim, est Gentilibus persuasum erat, unum esse Deum summum, ad quem non nisi per minores Deos adiri non posset. Quare D. Ambrosius Epist. 31. Gentiles sapientes, inquit Deum loquuntur, & simulacrum adorant.

Secundo, Deum esse unum testantur etiam ille voces repetentes, quas vis mali, vel aliquis indeliberatus motus solebat etiam a Gentilibus excutere, nimirum, Deus me adiuvet, Deus videt, Deus bonus, Deus iudicabit, & hoc inter alios Tertullianus in apologetic. c. 17. animæ testimonio probabat, eam, est errore decepta, esset Pagana, naturaliter tamen esse Christianam: ut Testimonium animæ nescipit Christiana! & Lactantius lib. 1. Instit. cap. 11. & lib. 2. cap. 1. Cum jurant (inquit) & cum optant, & cum gratias agunt, non Jovem, aut Deos multos, sed Deum nominant; adeo ipsa veritas, cogente natura, etiam ab incivis peccatoribus erumpit.

S. III.

Quædam solvuntur.

XVII. Obijciens primo contra primam D. Thomæ rationem: sicut Deus est essentialiter hic Deus: ita est essentialiter hæc persona: sed hoc non obstante fatetur in Deo plures Personas, cur ergo non fatetur etiam plures Deos?

XVIII. Resp. primo Deum alio modo esse essentialiter hunc Deum, alio modo esse essentialiter hæc Personam. Est enim hic Deus essentialiter metaphysice, quia de conceptu metaphysico divina essentia est esse hæc, quia de conceptu metaphysico individui; ac esto sic hæc Persona essentialiter physice, quatenus nimirum est in hac Persona subsistenti, sumpta tamen essentia Divina absolute, & secundum se, non est determinate hæc Persona, sed est communicabilis pluribus, idest tribus Personis.

XIX. Respondeo secundo distinguendo majorem, & Personam est relativa concedo maj. absolute nego maj. Cum ergo Persona divina sit de genere relativo, & relativum debeat esse ad alterum, tantum abest, ut hæc Persona illas excludat, quin potius eam essentialiter petat. At hic Deus nominat aliquid absolute: quod si non sibi identificaret omne absolute: immo & relativum, non esse perfectissimum, nec vere Deus. Sed hoc, dum agemus de Trinitate, clarum fiet.

XX. Obijciens secundo. Ex quo divina natura fore communicabilis pluribus Diis male intulimus, eam fore communicabilem innumeris, immo infinitis Diis, & non solum ad certum numerum: etenim esto sic de facto communicabilis pluribus Divinis Personis, non tamen sequitur, quod sit communicabilis Personis infinitis, sed solum tribus.

XXI. Resp. non esse parum rationem: nam si natura divina communicaretur pluribus Diis, sive numero, sive specie differenter, in eisque multiplicaretur, communicaretur illis immediate per se ipsam, & quia quantum de se est foret indifferens ad omnes, non esset ratio, cur aliquibus potius se communicaret, & non omnibus, immo infinitis, ut patet in individuis, & solum ab extrinseco, nempe a Deo determinatur ad certum numerum. At divinis Personis non communicatur natura Divina immediate per se ipsam, sed mediis actionibus immanentibus: quæ, cum sint tantum dæ, nempe intellectus, & voluntatis, ideo non sunt nisi dæ Personæ procedentes, & una, a qua procedunt, quantum quilibet cum sit in suo ordine infinita, non relinquit naturam divinam in eo ordine amplius communicabilem. Vide D. Thom. 1. part. qu. 27. art. 5. ad 3. & q. 29. w. 4. ad 2.

XXII. Obijciens tertio contra secundam rationem D. Th. Ideo non possunt dari plures Augustinus quædam rationem, vel haberet quiddam habet alter, vel non. Si haberet, vel haberet esset superfluum: si non haberet: ergo non esset Deus, quia non haberet omnem excogitabilem perfectionem: atqui discussis esse potest inflari in tribus divinis Personis: nam quilibet illarum, vel habet quiddam habet altera, vel non: si non, ergo non est Persona divina, neque Deus, si habet, superfluum alia Persona.

XXIII. Respondetur, hæc instantiam promovendi ex ignota mysterii Trinitatis. Quilibet enim Persona divina cum sibi identificet naturam divinam, & omnes perfectiones absolute: omnia habet, quæ habet altera, & quæ habent omnes simul, sive formaliter, & constitutive; sive realiter, & iden-

tice. Ut enim Persona sit divina, satis est, quod omnes dividas perfectiones habet, vel constitutive, vel identice. At si darentur plures Dii unus non haberet entitatem alterius, neque constitutive, neque realiter, sive identice, ac proinde nullus eorum foret Deus, quia non haberet omnem excogitabilem perfectionem.

XXIV. Obijciens quarto, ex hoc quod omnes Mundi Nationes aliquem dari fateantur Deum, inutilitas, aliquem dari: ergo cum quandoque omnes fere Nationes plures Deos coluerint, inferri poterit, plures dari Deos.

XXV. Resp. quod aliunde omnes Mundi Nationes dari Deum confesse sunt, aliunde ad plures Deos colendos sese converterunt. Primum ex ipsa natura hominis ortum habuit: quare ut supra dicebamus cum Tertulliano, & Lactantio anima ipsa, etiam homine non advertente, in confessionem existentie Dei erumpit. Est enim primum, & universalissimum principium, quod nature lumen culibet ostendit. At secundum non ex natura ipsa, sed ex vitio, & corruptione nature ortum duxit, ac propterea antequam natura humana foret vitata, non erat, nisi cultus unus veri Dei, ut contigisset ab initio Mundi usque ad diluvium infra ostendemus; & postquam natura humana fuit per Christum a vitio reparata, destructa deorum pluralitate, unus Dei cultus restitutus fuit. Quare ex consensu omnium nationum bene arguimus existentiam Dei, non autem sic ex pluralitate Nationum, Deorum pluralitatem admittendum, postquam bene inferre, eam revera dari, eo vel maxime, quod Sapientiores ex Paganis, qui pluralitatem Deorum admittentem, unum tamen Deum, qui omnibus aliis Diis imperaret, fatebantur, ut jam ostensum est. Quia ergo Polytheismus, & Idololatria multo tempore in cordibus hominum altas radices egit: Ideo aliqua de ea ad eruditionem dicere abs re non erit.

DUBIUM II.

De Politeismo, & Idololatria.

S. I.

Cultus falsus, ejusque species.

I. Religione vera, & recta, quæ scilicet vero Deo debitu cultum reddit, bifariam recedi potest, vel defectu, nimirum veri numinis contemptu, quomodo a vera religione recesserunt Athei, dicitur propterea sine Deo, ac Religione. Vel excessu, cultu videlicet quodam vitato, & superfluo, qui latinis idem est, ac superfluo a superfluo: non quasi Deus verus vero cultu nimio coli possit: sed quia ad materiam cultus aliquid accedit, quod eum corruptat. Corruptum autem divinus cultus, sive superfluitiosus, quando, vel cultus veri Dei præstatur falso numini, vel falso cultu Deus verus colitur. Primum modo superfluitiosus erant Pagani, qui cultum veri Dei falsis Numinibus exhibebant. Secundo modo superfluitiosus esset, qui verum Deum cultu falso, & reprobato colere vellet, ut qui verum Deum cultu, ac ritu Paganico, aut Judæico vellet honorare.

II. Totæ hæc Doctrina sumpta est ex D. Th. 2. 2. qu. 92. art. 1. Superfluitiosus est, (inquit) cultus religioni oppositum secundum excessum: non quia ipse exhibet in cultum Divinum, quantum vera religio, sed quia exhibet cultum Divinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet. Ex lib. art. 2. varias superfluitiosas species assignans ait: Diversiffimus ergo Superfluitiosus species: prima quidem ex parte mundi; secundo ex parte objecti. Præsertim enim Divinus cultus exhibetur, vel cui exhibendus est, scilicet Deo vero, cui non debet exhiberi, scilicet cuiusquam creature; & hoc est aliud Superfluitiosum genus, quod in multis speciebus dividitur secundum diversa sine divini cultus. Ordinatur enim primo divinus cultus ad reverentiam Deo exhibendam, & secundum hæc prima species hujus generis est Idololatria, quæ Divinam reverentiam in debitis exhibet creature. Secundo ordinatur ad hoc, quod homo infernatur a Deo, quem colit; & ad hoc pertinet Superfluitiosus divinitatis, quæ Demones consule per aliqua passim cum eis incit, vel incita, vel expressa. Tertio ordinatur Divinus cultus ad quandam directionem humanarum actuum secundum instantiam Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet Superfluitiosus quorundam observatorum.

Ex hæc tria tangit August. lib. 2. de Doctrina Christiana c. 20. dicens: Superfluitiosum est quiddam institutum est ab hominibus ad faciendam, & colendam Idola pertinet: & hoc pertinet ad primum, & postea subdit. Vel ad constitutiones, & prædicta quædam significationum cum Demoniis placita, atque foederata: quod pertinet ad secundum: & post pauca subdit: ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ, & cætera hujusmodi, quod pertinet ad tertium: hæc D. Thomas.

Omissis ergo duabus his posterioribus superfluitiosis speciebus, de quibus fere agit Sanctus Augustinus loco allato, de prima hic loquemur, quæ nimirum divinus cultus exhibetur cui non debet exhiberi scilicet creature, quæ Politeismus est, & Idololatria. Dei unitatem evertens.

III. Primum, qui Dei unitatem evertere conatus fuit, & hominem ad Deorum pluralitatem infligare, fuisse Diabolum, negabit nemo. Is enim, qui appetit divinitatis ex Empireo se ipsum præcipitavit, qui prava susceptione, erisit sicut Dii, Adamum in Paradiso perdidit, naturamque humanam peccato vitavit, & corruptit, eam sensum a Creatore avertere, & ad creaturam convertere studuit, donec tandem homines, qui vero Deo servite debebant, ad servendum creaturis induxit. Hoc totum descripsit Paulus Roman. 1. vers. 23. dicens: Commutaverunt veritatem Dei in mendacium, &

servierunt creaturæ potius, quam Creatori. Veritatem enim tenuerunt (ait Alexander Halensis 3. part. Summæ qu. 20. art. 1.) est unum Deum colere: veritatem in mendacium commutare, est servire creaturæ pro Creatore. Vera enim religio in unius confectio veri Dei servitio. Una enim est vera Divinitas. Si ergo Idololatria creaturæ servit pro creatore, commutat veritatem in mendacium. Hac fraude impius humani generis hostis non solum insipiens vulgus deestitit, sed eos etiam, qui pro sapientibus habebantur. Excussa enim paulatim ab eorum animis traditione primæ de uno veroque Deo, quasi totiens rupto agere, in varias, falsas, quin & stultas ac ridiculas de divinitate opiniones eos deiecit. Non solum enim aliis hominibus tamquam Diis servitæ conerunt, sed ut ait Augustinus serm. 3. de Symbolo ad Catechum. c. 2. Erraverunt animæ per divinas voluptates, & perverfas: ut illi colerent Solem, alii Lunam, & Stellæ, alii Lapides, & quævis virgulta, ut sibi quibus credidit invenisse, non adjectum Deum, sed deceptorem Diabolum: neque ita per diversa, anima erravit a Creatore suo, ut omnes, quod aderat ei Deus ad servitium, hoc illa coleret, ut Deum, hæc Augustinus, quod deplorat etiam Athanasius orat. contra Gentes. Sed non solum prædicta, hominum insania coluit ut Deum, sed etiam in reptilia, aquatilia, & terrena, atque in feras, & bruta, & vilissima quæque divinitate tranquillum: quinimo aliqui eo progressi sunt, ut etiam, quæ in rerum natura nullo modo essent, Deos facerent, humanam formam cum brutis permiscerent, naturasque dissimiles in monstris speciebus conjungentes, atque sic adorantes: ut quo horribilior forma esset, eo majori digna cultu putaretur. Ejusmodi erant Dii illi, qui apud Egyptios canis, serpens, & asini, caput habebant, & apud Lybiæ populos Ammon arietis capite insignis. Qualia etiam nunc apud Indos idololatrias coluntur, monstra potius, quam Dii.

S. II.

Idololatria, seu Politeismi origo.

IV. Auctorem Idololatriam, seu Politeismum haberi posse na fabricatæ. Si quis enim in mente sua Eftum Numen pro vero Deo substitueret, illumque, ut Deum coleret; si revera esset Idololatria, quæ coleret, ut Deum, qui Deus non est, & consequenter coleret nihil. Porro Idololatria, fere exterius fabricatum, fere interius conceptum nihil est fecundum illud Apostoli 1. Cor. 8. vers. 4. Idolum nihil est in Mundo, quasi diceret, Idolum est omne illud, quod nec Numen est, nec vim Numinis habet, fed res vana, & inane hominum commentum, sive fabricatum manu, sive mente conceptum, & ut Deum adoratum. Hinc Romani licet plurimum annis 170 sine simulacris Deos coluerint, teste Varrone apud August. lib. 4. de Civit. Dei cap. 31. attamen Idololatriam committentem, quia, teste Halicarnassio lib. 2. adorant Deos, quos colebant Græci, quibus alios Numa Pompilius adiecit. Quare D. Thom. 2. 2. qu. 94. art. 1. ait: Quod ex communi consuetudine, quæ creaturæ quæcumque colebantur Genitiles sui quibusdam imaginibus, impostum est hoc nomen Idololatriæ, ad significandum quemcumque cultum creature, etiam sine imaginibus fieret.

V. Quantum ad Idololatriæ, seu falsi numinis cultum primum originem non consentiunt Doctores. Ante diluvium, tempore Henos, coepisse plerique Hebræorum censent. Tunc enim primo in nomine Domini, & in similitudinem ejus putant fabricata fuisse Idola referente S. Hieronymo. 4. Hebræis, in Genesi 31. sentit R. Maimonides Lib. de Idololatria, quævis Votivus id non approbet. Rursus cum contaminata esset terra coram Deo, & omnis cor corruptisset viam suam, adeo ut Deum spernitur fecit hominem; statuerit cum diluvio delere a facie terre, ut habetur Genes. 6. credibile existimant, generale hæc corruptio modo ideo contigisse: quia homines a Deo averti ad falsum Deum colendum fere converterint. Sed hoc nulli firmo argumento, vel auctoritate nititur. Quo enim fundamento de Henos, qui Genes. 4. vers. 26. dicitur coepisse invocare nomen Domini, asserunt, quod primum fabricaverit Dei idolum, & non potius, quod primum fuerit qui rivis specialiter verum Deum invocaverit? Quæ auctoritate generalem totius carnis corruptionem criminari Idololatriæ tribuitur, cum ex scriptura colligatur, ex impotentis potius libidine eam contigisse?

VI. Quamobrem verius cum Lactantio lib. 2. Instit. cap. 14. in Dico Politeismum, seu Idololatriam solum coepisse post Diluvium ex filiis Cham. Is enim, ob detestam, de spectamque parentis Noe nuditatem, abdicatus, atque expulsus, profugus in ea parte confedit, quæ nunc Arabia nuncupatur, quæ terra de nomine filii sui dicta est, Chanaan, & posteri habitatores illius Chanaan. Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignoravit; quoniam Princeps ejus, & Sator maledictus a Deo cultum Dei neglexit, ideoque vere Divinitatis ignorantiam vel hereditariam posteris suis reliquit. Quia deinde nimium multiplicat, cum eos ante gullit locorum suorum capere non possent, vel a parentibus missi, vel sponte sua, cum rerum penuria cogeret, profugi ad querendas sibi novas sedes, hæc, atque illius dispersi sunt; & a stirpe sanctæ radicis avulsi, novis sibi mores ac instituta pro arbitrio condiderunt. Sed omnium primi, qui Egyptum occupaverunt Cælestia suspicere, atque adorare coeperunt. Et quia, neque domicilii tegebantur propter seris qualitate (nec enim ullis in ea regione rubibus subregitur Cælium) cursu syderum, & defectibus noverunt, dum ea sepe venerantes, curiosus, atque liberius intuerentur.

Geni Theol. Tom. I.

tur. Postea deinde portentificas animalium figuras, quas colerent commenti sunt, quibusdam prodigiis inducitur. Ceteri autem, qui per terras dispersi fuerant, admirantes elementa Mundi, Cælium, Solem, Terram, Mare, sine illis imaginibus, ac Templis venerantur, & his sacrificia in aper-tis celebrabant: donec successu temporum portentificis Regibus Templâ, & simulacra fecerunt, eaque Victimis, & odoribus colere instituerunt. Hæc ex Lactantio laudato sumpta sunt.

VII. Ex quibus apparet, Idololatriam primo sine simulacris, & imaginibus exterius coepisse. A quo autem tempore coepert cultus simulacrorum, non est adeo certum. Aliqui a tempore Abrahæ repetunt originem Idololatriæ, cujus Pater Thare dicitur servivisse Diis alienis, Josue 24. w. 2. Licet autem Idololum non fiat mentio ante Labanum, cujus Idola abstrulit Rachel, ut habetur Genes. 31. v. 33. 34. quæ etiam ibidem v. 30. Laban vocat Deos suos: Attamen verifimile est, etiam tempore Thare, & Nachor usitata fuisse Idola sine, ut primi Idolorum effigatores fuerint Chaldei præunte Nino Assyriorum Rege contemporaneo Thare, qui fieri curasse traditur imaginem Belo Patri suo, eamque subditis adorandam proposuit: adjectis quibusdam ritibus supersticiosi, ut testatur S. Hieron. in Oseam cap. 2. & Mercurius Trimegistus, qui Moïse tempore floruisse fertur, originem simulacrorum referat ad præfatos proavos suos apud S. August. lib. 8. de Civit. Dei cap. 24.

VIII. Progressu temporis simulacrorum religio ubique fere propagata est. Proximi Egyptii idola effigata habere coeperunt, ut colligere est ex Augustino, & ex historia Exodi. Tempore enim Moïse Egyptus Idolis plena erat, quod autem fuerint idola bestiarum, celebre Moïse testimonium evincit Exod. 8. 26. qui Pharaoni dicens: Sacrificatio Deo vestro in terra hæc, idest Egypti: Respondit, Non potest ita fieri: abominabimur enim Egyptium immolandum Domino Deo nostro: Quod si mactaverimus ea, quæ coluntur Egypti coram eis, lapidibus nec obruemus. Eadem igitur bestia, quæ Deo immolabant Hebræi, Boves, vituli, agni, oves, erant Idola, & Dii Egyptiorum. Unde ad similitudinem Bovis illius Egyptii peccatum ab Aaron Hebræi Vitulum in deserto, Exod. 32. Ab Egyptiis derivata fuit Idololatria ad Persas, Indos, & ad Egyptios terminos Sinarum, teste Kircherio in Prodromo cap. 4. Certe hodie etiam dictarum gentium mores id ostendunt, cum in India, Sina, Japone, Tartaria, quin etiam in ipsa America, Solis, Lunæ, Syderum, Terræ, Animalium omnis generis, tum in simulacris, tum sine illis cultores, nostri deprehenderunt.

IX. Græci subinde, cum & ipsi absque simulacris numen colerent, alique Gentes simulacra fecere. Ipsique Romani, qui ut supra dicebam, absque simulacris fieri, tandem simulacra, quibus Deos suos colerent, efformarunt. Scythæ quoque priusquam effigata haberent simulacra, adorabant olim Acinaces, Arabes Lapidem, Persæ Eluvium; alique gentes ligna erigebant, insignia, & columnas ex lapidibus ponebant, seu titulos, in quibus Deos suos adorabant. Quare Deus Levit. 26. vers. 1. equaliter vetuit Judæis facere Idola, ac Titulos erigere, sive insignes lapides: Non facietis vobis Idolum, & sculptile, nec titulos erigite, nec insigne lapidem ponetis in Terra vestra, ut adoretis eum. Et num. 33. vers. 52. Confringite titulos, & statuas comminuite. Hinc apparet, Idololatriam sua falsâ numina coluisse, primo sine titulo, & simulacro ullo externo: deinde coepisse titulos, ac lapides in eorum protectionem erigere, ac in eis Deos suos adorare. Tandem, cum pervenissent Artifices, qui simulacra bestiarum, sive hominum efformarent, coepit etiam adorare numina in simulacris, eoque magis crevit Idololatria. Unde Clemens Alexandr. in Protreptico ait: postquam autem ars fieri, aut fieri coepit.

X. Populus vero Judæicus adeo pronus ad Idololatriam fuit, ut nec Divina præcepta, nec minæ, nec poenæ, quibus infundit idem ipsum mûdabat Deus, fat essent ad ipsum ab ejusmodi superstitione deterrendum. De quo aliqua infra dicemus: firmitarum enim Gentium contubernium hæc peste Hebræos contaminavit, ut tandem ad eorum servitutum poenâ damnati sint Christo tamen adveniente, ejusque Evangelio annunciatu, idola passim exterminari coeperunt: adeo ut, quæ totum occupaverant orbem, vix in remoto Orbis angulo apud Barbaras nationes cultum aliquem obtineant. Ex Christianis tamen non defuerunt, qui in Politeismum ruerent, ut dicemus.

DUBIUM III.

De falsitate Idololatriæ Paganorum.

S. I.

Varia opinio Paganorum circa cultum Idolorum.

I. Quamvis Paganus omnes Idolorum cultui dediti essent, discriminebantur in eorum cultus objecto. Unde D. Thomas 2. 2. quæst. 94. artic. 1. Diversimode tamen, inquit, cultus Divinus idolis exhibebatur. Quidam enim per nefariam artem imagines quasdam construunt, quæ virtute Damonum aliquos ceteros effugiant habebant: unde putabant, in ipsis imaginibus esse aliquod Divinitatis, & per consequens, quod Divinus cultus eis deberetur. Et hæc fuit opinio Hermetis Trimegisti, ut Augustinus dicit 8. de Civit. Dei cap. 23.

Alii vero non exhibebant cultum Divinitatis ipsis imaginibus, sed creaturis, quarum erant imagines. Et utrumque horum tangit Apostolus ad Rom. 1. Nam quantum ad primum dicitur: veris.

vers. 23. Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & voluerunt, & quadrupedum, & serpentium. Quantum ad secundam subdit v. 25. coluerunt, & servierunt creaturæ potius, quam creatori.

II. Horum tamen triplex fuit opinio. Quidam enim estimabant, quosdam homines Deos fuisse, quos per eorum imagines colabant, sicut Iovem, Mercurium, & alios huiusmodi. Quidam vero estimabant, totum mundum esse unum Deum, non propter corporalem substantiam, sed propter animam, quam Deum esse credabant, dicentes, Deum nihil aliud esse, quam animam, motu, & ratione mundum gubernantem, sicut & homo dicitur sapiens propter animam, non propter corpus. Unde patet, totum mundum, & omnibus partibus ejus esse cultum divinitati exhibendum. Ceteri vero, & omnes ejusmodi partibus, & ad hoc referuntur nuntia, & imagines suorum Deorum, sicut Iovis dicitur, & narrat August. 7. de Civit. Dei. 2. & 22. alij vero, scilicet Lactantius, perhibent, unum esse summum Deum, causam omnium, post quem ponantur esse substantias quasdam spirituales, a summo Deo creatas, quas Deos nominant, participatione scilicet divinitatis, non autem esse Angelos dicimus, nisi quas ponantur animæ Cælestium corporum, & sub his Demones, quas dicunt, esse aera quadam animalia, & sub his ponantur animæ hominum, quas per virtutis meritum ad Deorum, vel Demorum societatem assumunt, credunt. Et his omnibus cultum divinitatis exhibebant, ut narrat Augustinus 8. de Civit. Dei. cap. 14.

III. Has autem duas ultimas opiniones dicebant, pertinere ad Theologiam phisicam, quam Philosophi considerabant in Mundo, & dicebant in Scholis. Aliam vero de cultu hominum dicebant pertinere ad Theologiam fabularem, qua secundum sententia Poetarum representabatur in Theatris. Aliam vero opinionem de imaginibus dicebant pertinere ad civilem Theologiam, qua per Pontifices celebrabatur in Templis. Hæc D. Thomas laudatus

S. II.

Responsum omnes præfatis de Diis opiniones.

IV. Deo, Idolorum cultus, quocumque ex præfatis modis explicatus, falsus, & superfluitiosus est. Assertio hæc ex dictis dubio primo probata manet. Cultus enim verus, ac religiosus debet exhiberi uni Deo, verus enim Deus unus est: ac cultus Idolorum ad plures Deos refertur, & proinde falsus: ergo falsus cultus est, ac superfluitiosus.

V. Secundo probat ex S. August. lib. de Vera Religione c. 55. sic. Idolatrate, qui plures Deos colant, vel colunt opera, & artefacta hominum, vel bestias, vel homines mortuos, vel demones, vel terram, & aquas, vel aera, & ignem, vel astra, vel vivencia, puta, arbores, vel homines, vel Angelos; sed nulli ex his cultus divinus dandus est: ergo Ecce. Minorem probat S. Augustinus sic. Si essent colendi opera hominum, multo magis colendi essent artifices, qui ea fecerunt, quia meliores illis. Si colenda essent bestie, multo magis homines; quos tamen colere non debemus. Non sunt colendi, ut Dii homines mortui, quia si pie vixerunt, non tales, nempe divinos a nobis petunt honores, sed illum coli volunt, quo illuminati letantur. Si autem male vixerunt, ubicumque sunt, non sunt colendi, Demones colendi non sunt, quia hominum hostes, de hominum poenis triumphant. Terra, & aqua colenda non sunt, quia illis lucidior, ac purior est aer etiam caliginosus. Nec etiam colendus est aer purior, ac serenior, quia luce absente adumbratur, & aere purior est ignis nostri splendore, & fulgore. Nec tamen ignem colere debemus, quoniam ipsum pro voluntate accendimus, & extinguimus. Corpora autem ætherea, atque cælestia, neque colenda sunt, quia licet omnibus cæteris corporibus recte præponantur, meliores tamen est ipsi quocumque vita. Vitam, que arbores dicuntur vivere, colere non debemus, quoniam nullus sensus in ea est, sicut, nec in capillis, & ossibus, que sine sensu prædicuntur: hæc autem melior est vita sentiens, quam tamen in bestis colere non debemus. Neque animi ipsa rationalis, ut Deus colenda est, est perfecta, & sapiens sit, quia omnis vita rationalis, si perfecta est, incomunicabili veritati secum intrinsece loquenti obtemperat, non obtemperans vitiosa sit, quod autem alteri obtemperat, Deus non est, quia non per se excellit, sed per eum, cui obtemperat. Eadem ratione Angeli colendi non sunt, quia nec a se beati sunt, nec nos eos videndo beatos reddunt, sed ipsi, & nos una in viderendo Deum Beati sumus. Videatur ibi Sanctus Doctor.

XI. Tertio perstringuntur simulacrorum adoratores ex D. Athanasio Oratione contra Gentes n. 15. Quid enim in illis simulacris adorant? forte lapides, & ligna, ex quibus confecta sunt? sed non vident, se res procul similes pedibus concutere, quarum partes Deos suos mancipant, & que paulo ante in omnem usum assumebant? Si hæc eadem, dum sculpuntur, venerantur; non cogitant, se non Deos, sed calatoris artem adorare? Certe quamdiu impolitus est lapis, & materia rudis, tandiu ista calant, & ad suos factus usus etiam vitiores adhibent. Cum vero factor artem suam in illis exercuerit, & viri, vel mulieris forma materiam figuravit, tunc gratias agunt artificij; jamque ut Deos colant, quos mercede a calatore emerunt. Quin etiam fictor, quasi oblitus, que ipse fabricavit proptis operibus supplicat, & que paulo ante sculpebat, & incidebat, hæc eadem perfecta opera Deos salutat &c.

VII. Dicebant apud eundem Athanasium Ethnici r. Se non negare hominum, ac belluarum figuras suos Deos esse: sed

ideo ita esse, ut Deus per has figuras ipsi det responsa, atque appareat: nec enim eum, qui oculis videri non potest, aliter posse cognosci, quam per ejusmodi simulacra.

VIII. Sed contra uterque est Athanasio, Quomodo Deus per hæc simulacra respondet, & cognoscitur? An ob materiam, ex qua constant, an ob formam, quam habent? Si ob materiam, quis erit forme usus? cur, antequam essent, tali forma donata, Deus per istam, vel quælibet aliam materiam non responderet, non apparet, non cognoscatur? Si vero dicant, formam inducant causam esse ad venus divini, cui servit illa materia: cur non potius per ipsa vera animalia, quorum effigies sunt simulacra, Deus appareat? Dignior scilicet de Deo opinio haberetur, si per animalia vivencia, sive ratione prædita, sive rationis expertia apparet. Imo cur vera animalia, quadrupedes, aves, serpentes, seu ob feritatem, seu ob federtatem filij, & abhorrent, quorum formas auro, ligno, & lapidi sculptas Deos faciunt? nonne convenienter erat, ipsa vivencia, quæ eorum formas colli? Quod si dicant, neque materiam, neque formam Divini adventus causam esse, sed solum artem cum sententia consensum divinum numen evocare. Contra est, si propter scientiam, & artem Deum ad simulacra accedit, quis rursus materie usus? Cum scientia, & ars in hominibus residet, & propter hanc apparet Deus, ipsi profecto homines artis auctores magis venerandi, & colendi erant, quod ratione rite præditi, & artem, ac scientiam in se ipsis habeant.

IX. Dicebant secundo apud eundem Athanasium. Hæc simulacra facta fuere, ad divinos Angelos, & Potestates invocandum, & accersendum, ut per hæc simulacra apparentes Dei cognitionem edocent: & esse hominibus instar litterarum, quarum lectio, divinis Angelis per illa adventivibus, Dei scientiam percipere possint.

X. Sed hæc responsio, ait Athanasius, non minus falsa est, quam præcedens. Etenim si hæc simulacra facta sunt, non ut ipse Deus, sed ut Angeli illis apparent: cur hæc, per quos Angelos invocant, istidem, quas invocant, Potestati- bus, pluris faciunt? cur eidem simulacris Dei nomen, & honorem, quo nec ipsos Angelos dignantur, imponunt, & præstant? Notum sane! Simulacra efformant, ut per eadem vocent potestates, quibus accedere possint ad Deum, & ad quem per simulacra accedere non possit cognoscunt: & Dei nomen, cuius præstantiam formidant, simulacris imponunt, &que divinis honoribus acciter non verentur.

XI. Dicebant tertio alii, qui sapientiores videbantur, se non adorare Idola, sed id, quod per Idola significatur.

XII. Sed istos ita perstringit S. Augustinus serm. 195. edit. Monach. S. Martini, ubi præventiens hæc responsum ait: Et ne quisquam eorum dicere: non simulacrum esse, sed quod significat simulacrum: subjicit statim (Apostolus) & coluerunt, & servierunt creaturæ potius, quam Creatori. Intellegit prædicent. Aut simulacrum enim colunt, aut creaturam. Qui simulacrum colit, convertit veritatem Dei in mendacium. Nam hæc veritas est: Neptunus autem, mendacium factum ab homine, convertit veritatem Dei in mendacium: quia Deus scilicet Mare, homo autem simulacrum Neptuni. Rursus ex eodem Augustino sic. Si verum est, eos non adorare statum Neptuni, sed Mare, quod illa indicatur, non simulacrum Solis, sed Solem ipsum: cur quæso superfluum statum Neptuni, & Solis adorant terga verentes Mari, ac Soli? hoc certe non est, adorare Solem, ac Mare, sed statum. Quia si quis, ut vestem regiam adoraret, terga verteret Personæ ipsius regis, hæc nullus rite existimaret adorare Regem, sed unum vestem, & plus facere vestem, quam Regem. Homines (inquit August. in Psalm. 113.) rationibus superfluitiosus obligati sperantque ad ipsam Solem dorsum ponunt: preces sanctius statum, quam Solem vocant.

XIII. Quarto, Adoratores hominum falsitatis arguuntur primo ex Athanasio orat. contra Gentes a nam. 9. Quia falsi Dii erant? Tum quia homines fuerant, ut cæteri, tum quia erant Dii facti ab hominibus: Senatus enim Romanus, Imperatores, quosque sibi placebant, inter Deos esse, decernebat: verus autem Deus, nec homo est, nec ab alio factus, sed a se ipso, & natura debet esse Deus. Rursus, qui alios Deos fiebant, quare Dii non erant? Hi enim, qui Deos faciendi istant potestatem, potius Dii censendi essent, quam quos ipsi faciunt Deos.

XIV. Si dixeris, Senatum Romanum fecisse homines Deos, non eos divinitate donando, sed declarando, eos suis virtutibus divinitate dignos se reddidisse: ad eum modum, quo Romanus Pontifex facit aliquem Sanctum, & ut talem colendum proponit, non quia illi confert Sanctitatem, sed quia suis bonis operibus, ac virtutibus Sanctum se reddidit, ideo talem esse declarat, & proponit.

XV. Sed contra est. Aliud enim est aliquem annuere Sanctis, aliud Dii: ad sanctitatem per bona opera pervenire quis potest: fecerit vero ad Deitatem, nisi eam habeat per naturam. Romanus Pontifex, dum aliquem declarat Sanctum, declarat non Deum, sed Dei servum, & amicum sicut, neque id facit proprio libere, sed ita exigentibus bonis operibus, quæ quis gessit, dum viveret. At Ethnici, Deos, quos sibi magis placebat, nulla habita ratione vitæ, ac virtutum Deos declarabant: immo plerumque melioribus inter homines relictis, eos, qui criminibus insigniores fuerant, inter Deos collocabant.

XVI. Hinc exurgit alia ratio probans, eos, quos Pagani colabant, ut Deos, vere Deos non fuisse, quia opera Deo indigna fecerunt: Immo si quis eorum gesta perpendat, inveniet eos

eos non solum non esse Deos, sed homines, & inter homines flagitiosissimos. Quid enim de Jove, quem Deorum supremum fuisse dicant, legitimus, nisi adulteris, iustis, raptis, ejusque horum causa transformationes in brutorum, quadrupedum, & volucrum formas, non sine sui periculo factas? An ergo æquum est, illum censeri Deum, qui ad flagitia commisit, & tantorum scelerum reus est, quæ neque communes Romanorum leges, vel ipsi hominibus, facere permittunt? Ratio nam hæc fuit prosecutur S. Athanasius laudato loco. His similia exprobrabat S. Cyrillus Juliano in suis libris contra Julianum. Lactantius lib. 1. Infit. cap. 9. 10. 11. &c. Unde S. Augustinus lib. 7. de Civit. Dei. cap. 27. ait: Deos selectiores inuicem magis per eorum crimina, quam per eorum merita: & eodem libro cap. 4. observat, famosiores Deos criminibus esse insigniores, cum in aliis Diis minus famosis vix crimina reperiantur. Vix quisquam reperit Deorum non selectiorum, qui aliquo crimine sanam exivit insipientem: vix autem selectiorum quisquam, qui non in se neam contumelia insipienti accepit.

XVII. Dicebant, nota proba, quæ de eorum Diis, narrat, signata esse postquam. Quod & respondebat Julianus D. Cyrillo lib. 2. contra Julianum.

XVIII. Sed ad hæc respondebat S. Athanasius loc. cit. num. 16. Primo: si quæ Poeta narrat, commentitia, & falsa sunt, falsa quoque erunt Jovis, Saturni, Junonis, Martis, aliorumque nomina, nec ullus unquam fuit Jupiter, vel Saturnus, &c. Secundo: cur potius non dicatur, fabulatos fuisse, quando illos vocant Deos, cum ea, quæ veris Diis indigna sunt, illis affinxerit? certe hominum notas Diis non affinxerit, si eos revera Deos credidissent, ad sui naturam congruere debent. Tertio: Quare Poeta mentiti sunt, cum eorum vitia retulerunt, & non potius, cum aliquos eorum virtutes prodiderunt? Potius ergo dicam, falsa esse, & adulatores ergo fides fuisse laudes, fortitudinem, & miracula fuisse, quæ de Diis narrant, facta autem, & flagitia vera esse. Nemo enim, qui alium laudare aggreditur, ejus vitia extollit, sed tantum potest.

XIX. Verum de talium Deorum impudicis gestis iudicium suspendamus. Si vera non erant flagitia, quæ de Diis commentari poetæ: cur Dii ipsi in eorum factis, ac ludis eadem representari sinebant? debuisse indigna hæc representantem, ac Diis in eorum factis assequens, punire. Cum ergo id non fecerit, sed talibus obsecris ludis delectati sint, indictum est, vel eos talia revera perpetrasse, vel eos non esse Deos, qui approbari ejusmodi obsecrationes, a quibus homines honesti abhorrent confueverunt. Ita S. Augustinus rem hæc pertractans lib. 2. de Civit. Dei. cap. 29. addit: Quæ passio igitur, inquit, Deos, qui talibus delectantur obsequiis, haberi potius in numero sanctorum potestatum, cum homines per quos eadem aguntur obsequia, non putatis habendos in numero Civium Romanorum? Ad eo enim erant turpia Sacra, quæ Diis peragebantur, ut si, per quos fiebant, infames essent, & Romani designarentur, eos numero civium quocumque modo adscribere.

XX. Ridiculum tandem de Diis Paganorum opinionem sigillat Lactantius lib. 1. Infit. c. 8. ex diversitate sexuum, quam eis affingunt, & quod credant, eorum, qui ex maris sunt, immortales, & æterni esse debent. Quid enim altero sexu egent, cum successio sine necessaria non sit, qui futuri sint semper? Hoc idem argumentum tractant ex Christianis Arnobius lib. 3. in principio, & ex Ethnicis Plinius lib. 2. cap. 7. & Tullius lib. 1. de Natura Deorum.

XXI. Sed præstat, iterum audire Lactantium lib. cit. c. 6. ita ratiocinantem. Si enim Dii Matrimonio juncti filios procreant; vel ergo illi nascuntur quotidie filii novi, cum non vincantur ab hominibus secunditate: & sic innumere abilium Deorum plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Cur ergo tam pauci coluntur? nisi forte arbitrentur, non generandi causa, sed tantummodo capiendi voluptatis causa duos esse sexus Deorum, & ea exercere, que hominibus, & facere, & pati pudet? Cum vero dicantur aliqui ex aliquibus nati, consequens est, ut semper nascantur, sicut dem aliquando sunt nati. Vel si aliquando nasci desierunt, scire nos convenit, cur aut quando desierint. Quid ergo est (non illepidè inquit Seneca in lib. Moral. Philosophiæ) quare apud Poetas flagitiosissimus Jupiter desierit liberos tollere? Utrum sexagenarius factus est? & illi lex Papiæ subitam imposuit? an imperavit jus trium liberorum? an tandem illi venit in mentem: ab alio excedes, alteri quod fecerit? ris (Publius Syrius in Collect.) & timet, ne quis sibi faciat, quod ipse Saturno hæcenus Lactantius.

XXII. Qui duobus invidijs ratiocinis sequentibus concludit primo. Si duo sunt sexus Deorum, sequitur concubitus est, si ei coeunt, & domos habeant necesse est, nec enim earent virtute, aut pudore, ut hoc promissæ, aut in propositu faciant, furem, murem videmus facere animalia. Si domos habeant, consequens est, ut Urbes habeant. Si habent Urbes, & agros igitur habebunt. Jam quis non videt, quæ sequuntur? arare illos, & colere, quod quidem victus causa sit. Ergo mortales sunt. Quod argumentum retroversum idem valet. Si enim agros non habent; nec Urbes quidem. Si Urbes non habent, nec domos quidem. Si domibus carent, ergo & concubitu, si concubitus ab his abest, ergo & sexus femineus. In Diis autem videmus feminas esse, ergo Dii non sunt. Secundo: ex duobus sexibus alter fortior, alter infirmior est: Robustiores enim mares sunt, feminæ imbecilliores: imbecillitas autem non cadit in Deum: ergo nec femineus sexus. Cum ergo in Diis feminæ sint, Dii non sunt.

XXIII. Paganorum quoque infans evincit potest ex discordia opinionum, quæ de suis Diis habebant. Quos enim fere gentes erant, tot etiam Deos conangebant, & qui uni genti Deus erat, alteri viciniam Deo suo offerebant, alteri execrationi erat. Quod argumentum fute prosecutur D. Athanas. citato loco num. 25. Accedit, quod aliqui eo impictis devenere, ut ipsos quoque homines, quorum Diis immolarint, non advertentes miseris, vidimas, quos jugulant, Deorum, quos effungunt, archetypa, & aquæ exemplaria esse, & præstantiora deterioribus se imitare. Quod late tractat Lactantius lib. 1. Infit. cap. 21. Satis enim, superque illis infans detenti fumus, ut mirum sit, quomodo fere totus orbis tanto tempore illis captus fuerit.

S. III.

Pro Paganis aliqua adduntur.

XXIV. Contra ea, quæ diximus, forte potest se tueri Paganus sic. Cur vos Christiani de pluralitate Deorum nos arguitis, qui in vestra Trinitate tres Personas, hæque divinas fatemini? Cur nos irridetis, quod ad Deum, unum ab alio genitum, nimirum ex Jove Palladem asserimus, qui inter Trinitatis Personas unum dicitur Patrem generantem filium; huncque una cum Patre, etiam Personam, quæ Spiritus Sanctus est, producentem asseritis?

XXV. Respondeo, nos quidem in Sancta Trinitate tres distinctas Personas venerari; has tamen fatemur esse substantialiter unum Deum, non tres Deos, ut vel ipsis instantibus constat. Fatemur quoque, in Deo esse Patrem, & esse filium a Patre genitum, ac non generatione carnali ex concubitu Maris, & femine, ut imple Paganus de suis Diis commentati sunt: Sed generatione intellectu, quomodo ab intellectu procedit Verbum. Asserimus insuper, hunc Filium, seu Verbum genitum non esse Creaturam, neque Deum diversam substantiam accipientem. Sed ejusdem profus nature, & substantialitatem Patris, qui eadem profus naturam, quam ipse habet, eidem communicat modo plane ineffabili. Porro Spiritum Sanctum ex mutuo Patris, & Filii naturali amore in eadem Divinitate procedere dicimus, hæque tres divinas Personas semper sibi mutuo coexistente. Ita S. Cyrillus Juliano similia obijcienti, tum lib. 4. tum lib. 8. contra Julianum, respondet.

XXVI. Secundo. Opponent Paganus, se admisisse quidem plures Deos, at tamen supra istos cognovisse unum Deum, quibus cæteri Dii essent quasi Virtutes. Ita Maximus Madurensis ad S. August. epist. nunc 16. olim 43. Idem sentit Seneca lib. 5. de beneficiis cap. 7. Quare Lactantius lib. 1. Infit. cap. 11. Covelli, inquit, de uno Deo, cum id negare non possunt, ipsum se cetera asserunt: verum hoc sibi placere, ut Jupiter nomenitur.

XXVII. Sed emanatoris naturæ Gentiles credidisse, unum esse Deum, fatemur principem. Verum dum multipliciter alios Deos, eum non sicut Deum glorificaverunt, sed tenuerunt veritatem Dei in mendacium, & servierunt creaturæ potius, quam Creatori. Ut ait Paulus Roman. 1. vers. 25. Deum & illum summum Deum, quem Jovem nominabant, non concipiebant, sicut dicit Verum Deum, & Virtutes illas, a summo Deo per totum mundum diffusas, que certe creature Dei sunt, tamquam Deos colabant. Insuper sibi ipsos contradicebant, cum ea vocabant Deos, & a summo Deo factas, ejusque ministras esse asserbant. Quare supercitus Maximus Epistolam suam ad Augustinum claudere bit. Dii te servent, pro quo & eorum, atque cunctorum mortalium Communem Patrem, universi mortales, quos terra sustinet, mille modis concordia discordia venerantur, & coluntur. Quomodo ergo veri Dii esse poterunt, qui cum mortalibus communem Patrem habere dicuntur? quomodo verum Divinitatem habere poterant, qui a Deo facti dicebantur? Rursus Platon apud D. August. lib. 13. de Civit. Dei. cap. 16. Deos a summo Deo factos, dicebat esse corporeos: immo colligatione animæ, & corporis natura sua esse mortales, ac sola voluntate summi Dei factos immortales. Porro quales Dii erant isti, qui nedum ab alio facti erant, sed insuper corporei, & natura mortales, ab alterius gratia volente acceptant immortalitatem?

XXVIII. At inquit, Deos Paganorum fuisse, sicut apud nos Catholicos bonos Angelos, & Sanctos; hos enim venerantur, & colunt, non tanquam summum Deum, sed tanquam summi Dei Ministros, vel amicos, & Servos. Sicut autem Paganus ab uno Deo unam rem, ab alio aliam, puta a Cereere fruges, a Baccho vinum petebant, quia existimabant, unum uni rei, alterum alteri prædicere: ita & nos ab uno ex sanctis, rem unam, ab alio aliam petere solemus. Vel ergo Paganus, fatrem sapientiores, dammandi non sunt, vel dammandi cum eis nos Catholicos erimus.

XXIX. Similia opponat Maximus supra relatus; cui S. Augustinus epist. 17. olim 44. respondet. Ad summam remen, ne te hoc lateat, & in sacrilega convitia imprudentem trahas, scias a Christianis Catholicis, quorum in vestro Opinio etiam Ecclesia confitetur esse, nullum cali mortuorum, nihil denique ut nomen adorari, quod se factum, & conditum a Deo, sed unum ipsum Deum, qui scis, & condidit omnia. Veneratur etiam ergo nos Catholicos, & aliquem cultum honoris præstamus Angelis, & Sanctis, eos pariter invocamus, & adjucores poscimus, ac non tamquam Deos, ac namin adoramus, quasi ab eis aliquid principaliter expectantes, sed ut per eorum, qui Dei amici sunt, & eorum ipso adiant, merita, & intercessiones, ab ipso Deo, quod petimus, reportemus. Hinc Faustus Manichæo similia obijcienti apud D. August. lib. 20. contra Faustum,

cap. 4. his verbis. *Sacrificia eorum* (Deorum) *veritatis in* *Agabus idola in Martyris, quos vobis similibus colitis.* Respondet S. Augustinus ibi cap. 21. *Populus Christianus memorat Martyrum Religiosa solemnitate concelebrat, & ad existantiam imitationem, & ut meritis eorum consequatur, utque venerationibus adiuvetur. Ita tamen, ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum sacrificium, quomodo Martyrum confitentibus aliorum.*

XXX. Sanctus item Cyrillus lib. 6. contra Julianum id exprobatum. *Sanctus porro inquit Martyres, neque Deos esse dicimus, neque divinos cultus scilicet illos adorare solemus, sed effectus, & honoris.* Et infra: *Not autem, ut divi, Sanctos Martyres non dicimus fuisse Deos, sed illos tamen veneratione profregi solemus, eorumque loculos veneramus.* Hinc patet maximum discrimen inter Paganorum Deos, & Sanctos nostros: Non enim Sanctos nos dicimus esse Deos, nec eis divinum cultum prestamus, sed veneramus tamquam Dei servos, & amicos, usque illis Tempia, aut altaria sicut Diis erigimus, neque sacrificia offerimus, sicut Pagani. Sed colimus, & veneramus cultu hoarum, non servientis, non enim sanctis, sed uni Deo factum & nostro servimus, & sacrificamus, quamvis in eorum memoriam altaria constituamus.

XXXI. Quod si ad aliquem eorum pro una necessitate potius, quam ad alterum aliquando confugimus, hoc non ideo est, quia potius, unum praesidere uni rei, alterum alteri: sed quia Deum, qui dividit omnia singulis pro ut vult, rem aliquam potius ad unius Sancti intercessionem, quam alterius concedere experti sumus. Ceterum omnes pro quacumque re generaliter intercedere apud Deum cognoscimus. Praestat audire Sanctum Augustinum Ep. 437. olim, nunc vero 78. ubi ostendens, cur in aliquibus memoriis Martyrum aliqua miracula fiant, quae in aliis non fiant, ait: *Sicut enim quod Apostolus dicit: Non omnes Sancti habent dona curacionum, nec omnes habent dignitates spirituum: ita nec in omnibus potius sanctorum, ista fieri solent, quae in aliis non videntur.* Verum Pagani ex suis Diis ita unum praesidere uni rei putabant, ut alter, quae subpraesidentia alterius Numinis essent, dare non possent, ut advertit Sanctus Augustinus lib. 6. de Civit. Dei cap. 1. propterea concludens: *Porro si a Cereae vinum, a Libero panem, a Vulcanus aquam, a Lymphis ignem patere, erroris est: quanto majoris deliramenti esse intelligi debet, si cuiquam istorum pro vicia supplicetur aeterna?*

XXXII. Accedit: Summa est differentia inter Deos Gentilium, & Sanctos nostros. *Sic enim inquit Cyrillus lib. 6. contra Julianum. ipsi fecerunt hominibus, istique flagitiosae, & impudicae, omnique vitio laborantibus, qualis Jupiter Adulter, Saturnus Hercules, Venus Impudica &c. Alique aliis vitii insignes: adeo ut Aeschylus Socratis familiaris, Diogenesque Praeceptor, qui fecit temperantiam quam maxime, hoc de Venere dixisse narraverit: Ego si Venere capere mihi liceret, jaculis nihil moratus transigam, quando honestas, probasque, una haec nobis mulieres corripit. Nostri vero, quos colimus Sancti, fuerit viri pietate, ac heroicis Virtutibus insignes, quorum aliqui pro veritate fremere certaverunt, & sinceritatem fidei eoque servaverunt, ut animam ipsam propter Deum contempserint, & virtutis adeo mirabiles se ipsos veluti quadam imagines vitae hominum propulerunt: quare concludit S. Cyrillus: Nihil est absurdum, immo necesse erat, eorum, qui tam claris factis virtutibus excelluerunt, erroris perpetui, immutabilis.*

XXXIII. Ex dictis apparet etiam quantum sit discrimen inter simulacra & Idola Paganorum, & Imagines Sanctorum. Nam Pagani Idola sui colebant ut numina, eis sacrificia offeriebant, & divinitatem illis adesse putabant, tandemque erant imagines, aut bestiarum, aut hominum flagitiosorum, quos execrari debissent potius, quam colere. At Imagines Sanctorum, nec colimus ut numina, nec iis divinos honores deferimus, aut aliquam illis adesse vim numinis existimamus, sed solum in illis veneramus, & colimus, cultu tamen honoris, eos, quos representant, & quorum sunt imagines, viros, inquam, quos pietas, sanctitas, & Dei amicitia honorabiles reddidit. In his oportuit paullisper immorari, ut obstinamus ora Protestantis, qui propter Sanctorum cultum, & Imaginum venerationem, nos cum Idololatriis confundere conatur.

XXXIV. Tertio. Pagani reponabant, plura a Diis suis se consecutos fuisse: ab illis accepisse oracula, & responsa: Deorum simulacra fuisse locuta, ventura praedicens, ac mirabilia multa patrante: quae omnia insidentis in eis divinitatis argumentum fieri.

Respondendi potest primo, negando, Idola voces humanis similes revera unquam edidisse: sed ea, quae tamquam oracula, aut Deorum responsa fatidici vendebant, nihilominus intus loquentium acclidisse, & plerumque etiam ex forti imaginatione adstantium, dum ventus ingrueret per rimas, aut humiditate, vel siccitate nimia ligna illa crepitantes edere, suspensa, & quaedam quae vocis audiri existimant. Ita sensit Pluracrus, cui Titus Livius factum locutum, qui pro fabula reputat, Junonis simulacrum fuisse locutum, qui propter quendam, non vellem Romanitatem, audire fuisse respondere, se velle, Aristoteles tribuit hunc melancoico divinationes illas, quae illo abundanter, ingenio magis valent, eo quod acrimonia atque bilis contrahat spiritus, ut obscura, difficillique melius percipiant. Sed communis creditum fuit, fraudibus humanis oracula constitisse. Has adumbravit Calvus Calpurnius in suo de oraculis libello. Dixerit etiam, vel illud suspecta reddere oracula, quod plerumque ita essent ambigua, ut vel ad utramque partem trahi possent, vel ad eorum intelligentiam altero opus esse oraculo videretur. Itaque ea omnia ficta fuisse, arbitrari sunt.

XXXV. Verum quia de Diis, eorumque simulacris aliqua prodigiola narrantur, quae humanum visa sunt excellere, & quae talia visa sunt etiam hominibus videri, nec admittendum credulis, qui ea venerant exploratum, & fraudes facile detexit: ideo respondit secundo alii, causas talium mirabilium, & etiam oraculorum ficticorum fuisse Demonum, Ita Porphyrius lib. de Demoniis, & Jamblicus de mysteriis lib. 3. cap. 18. 19. & 20. ubi ostendit divinationis causam esse, vel Deum, vel Angelos, vel Demones, non vatem, aut animam humanam vi Phantasiae, & Lactantius Firmianus lib. 2. Insti. postquam cap. 8. admittit ut verum, simulacrum fortunae non foveat locum, item Junonis Monete Juveni illam interroganti, nec vellet Romam ire, respondens se velle: deinde e. 17. ubi agit de Demoniis, eorumque fallacibus inventis atque portentis: *Offendunt inquit tenebrae, & horrorem caliginis obducunt, ne Dominum, vel Patrem suum norint, & ut illiciter faciant, in Templo se occultent, & sacrificiis omnibus praesto adsint, edantque spe prodigia, quibus obsequenti homines compendunt simulacris divinitatis, ac Numinis.* Inde est quod ab augure lapis novacula incisus est, & quod Juno Vespasii migrare se Romam velle respondit &c. & Augustinus ipse lib. 4. de Civit. Dei cap. 19. loquens de horum mulieribus simulacro, quod dicebatur fuisse locutum, ait: *Quod quidem si verum sit, mirari nos non oportet: non enim malignis Demonibus etiam sic difficile est fallere.*

XXXVI. Porro Demones mirabilia multa facere posse, vel immutando phantasia interius, & alios corporeos sensus, vel exterius aliquid Corpus formando, variisque figuris assumendo, docet D. Thom. 1. part. quaest. 114. art. 2. ad secundum & quaest. 105. de Malo artic. 9. ad secundum, & alibi: & hoc pacto poterant etiam aliqua vaticinari, cum aliqua futura in suis causis praesentant, etiam pimum, quae ut in pluribus evenire contingit, ut docet S. Thom. 2. part. quaest. 17. art. 3. Opta tamen haec non certo cognoscant, & multo minus si profus contingantia sint, & libera: ut docet item Sanctus Doctor 1. part. quaest. 14. art. 13. & quaest. 57. art. 3. hinc erat, quod Oracula veris ambiguis confusis, & obscuris, ac perplexis, ut illa viderentur male intellecta, si eventus non responderent.

XXXVII. Potest etiam dici, non esse absurdum credere, Divina dispensatione aliquando fuisse permittit, ut dum confuleretur Demon, certa, ac vera responsa haberetur, sicut Saul consulens Demone per Pythoniam certum fidei mortis oraculum accepit. *Non enim, ait S. Thom. 2. 2. qu. 172. art. 6. ad primum, Esophaeta Damonum semper loquuntur ex Damonum revelatione, sed interdum ex inspiratione Divina, sicut manifeste legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus Num. 22. licet esset Propheta Damonum, quia Deus verum etiam nulli ad utilitatem bonorum. Unde per Prophetas Damonum aliqua verba pronuntiant. Tum ut credibiliter suo veritate, quae etiam ex adversariis testimonio habet. Tum etiam, quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur: Unde etiam Sybilla multa vera praedixit de Christo. Sed etiam quando Propheta Damonum a Demonibus instruuntur, aliquando vera praedixit, quandoque quidem veritate propria natura, cuius est auctor Spiritus Sanctus, quandoque etiam revelatione bonorum spirituum, ut patet per Augustinum 22. de Genes. ad litteram cap. 19. Haec D. Thomas 1. part. quaest. 64. art. 1. & alibi.*

XXXVIII. At dices: Saltem virtute Damonum miracula parari non poterant: Leguntur autem multa a Diis Paganorum edita. Apollonius Tyaneus multa ergo mirabilia. Coram Domitiano loquens evanuit ab oculis adstantium. Puellam Romae defundam revocavit ad vitam. Cum Templum ingressus esset, valvis repente acclis disparuit, nec usquam visus est: ibique audire Virginum voces in hunc modum *Te, virum, in Calam veni, alique relata a Philostrato, De Vespasiano refert Tacitus Histor. lib. 4. cap. 81. eorum, & manu agrum sanasse. De Hadriano, coeca mulieri visum restituisse, Damonium natum coecum Hadrianum febricitantem contigit, quo facto, & Hadrianum febris reliquit, & coecus visum recepit, ut narrat Spartianus Claudia Vestalis ingentem navem cingulo traxit, alia item Vestalis aquam cibro pertusa vitavit. Quae omnia quod aliud visum, nisi prodigia, sola videntur, quae vere Divina sit, factibilia?*

XXXIX. Respondeo, illa non fuisse vera miracula, sed iudicationes Demonum, sensus hominum perstringentium, vel non fuisse Opera totam naturae creatae vim excedentia. Quod dicitur de Apollonio Tyaneo, qui tot praestitit miserum oculis fascinavit, ut pro Deo habitus sit, a Hierocle comparatus Christo. (Unde Alexander Imperator. Christi, & Apollonii imagines inter suorum Deorum simulacra collocavit, pari honore utramque prosequens.) Is fuit Insuper Magnus, etiamque praestigia recenset, ac detegit Eusebius (sicut & Philostratus mendacia) in libro, quem edidit contra Hieroclem. Quod enim a conspectu Domitiani, evanuerit, quodque disparuerit, nec amplius visus sit, fabulam reputat, quamvis & hoc opus Damonum fieri potuisset. Quod autem Puellam a morte revocavit ad vitam, Philostrato ipsi videri incredibile: rationatur enim dubitandum, non vitalis aura scintilla intra Puellam compressi medicos delincent, quae mox pluvia ingruente reviviscens, atque excitata in vultu respirantis Puellae prodita sit. Videri potest Eusebius lib. citato contra Hieroclem, omnia, quae de Apollonio narrat Philostratus, vel fabulosa esse, vel magis praestigis confecta, solidis argumentis ostendens, adeo ut Epiphanius Philofohus, & Apollonium magis accusavit coram Domitiano.

XI. De Vespasiano etiam refert Tacitus ipse, homines ab eo fanatos, coecum scilicet, & manu agrum, non fuisse arte humana infanabiles. *Medici varie differunt, huic non exeam vim luminis, & reditum, si pelleturum obstruat: illi elapsor in praxum atque, si salubris vis adhibetur, posse inegrari.* Haec Tacitus. Si ergo uterque arte medica sanari poterat, quanto citius arte Demoniis?

XII. De Hadriano Spartianus, qui factum narrat, subdit, *quomodo Martius Maximus, haec per simulationem facta commemoret, idem per incantationes, & magica remedia ad morbum Hadriani levandum adhibita: ut interpretatur Dio.*

Verum Salmastus (histor. Augustae in Spartianum) ita scribit: *Omnia, quae hic Spartianus, narrat vero facta, ea Martius Maximus simulata, & ficta esse commemorat: & ad hoc tantum excepit ab Antonio Pio (quem Hadrianum adoptaverat) ut Hadrianus in spem recuperandae salutis induceretur, qui ideo se occidere contabat, quod eam recuperare posse desperaret. Hoc ut prohiberet Antoninus, & Hadrianum bono animo esse juberet, quasi brevi convalesceret, haec illam arte, & simulatione aggressus est. Induxit mulierem quamdam, qua dicitur, somno se moriturus, ut insisteret Hadriano, ne se occideret, quod esset bono voluntarius: quod cum non fecisset, esse coactum: fuisse tamen Hadriano haec eadem dicitur, & contra ejus sceleris, receptum visum, si ita fecisset. Induxit & Pannonium quendam veterem coecum, qui a febricitante Hadriano ringeretur ad visum recipiendum. Quae facta, & illam oculis recepisse, & ab Hadriano febre remissa fuisse, sunt, quae per simulationem facta commemorantur Martius Maximus. Hinc Salmastus.*

XIII. De diabolo autem Vestalibus, una cingulo trahente ingentem navem, altera cibro aquam gestante, id arte, & Deorum factum aliquid Laetantius lib. 2. Inst. cap. 17. Verum estis darem, id quod de diabus Vestalibus narratur, fuisse verum miraculum Divina virtute patet: Quod ex hoc pro Paginis: Miracula illa (si fuerint vera) non fuerunt edita in testimonium veritatis religionis Paganicae, & Divinitatis idolorum: sed innocentiae, & castitatis illarum Vestalium immeritis columinis oppresse. Quid ergo mirum, si Deus, cui adeo cara Virginitas est, in testimonium illius etiam in feminis Paganas postea miraculum adhibuerit? Equidem sicut usus est Sybillis, ut testibus veritatis Christianae, cur item non poterat illis feminis ut ad testimonium Virginitatis integritatis; sane si brutis interdum, causis iusta accedente, etiam miraculose opem tulit; cur non idem credi potest in feminis illis, quae, est Religio infidelis, in castitate tamen servavit se: quod Operatur (inquit S. Thomas 2. 2. quaest. 178. art. 2. ea demum) Deus ad hominum utilitatem; & hoc dupliciter. Uno quidem modo ad veritatis praedicationem confirmationem: alio modo ad demonstrationem sanctitatis aliorum; & hoc dupliciter. Uno propter quaequeque, qui verum solum praedixit, & nomen Christi dicitur, quod etiam in eorum per malo, sit. Et secundum hunc modum etiam nulli possunt miracula facere. Secundo autem modo non sunt miracula, nisi a Sanctis, ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula sunt, vel in vita eorum, vel etiam post mortem, sive per eos, sive per alios eos. Cum ergo in Vestalibus illis est, quae narratur, prodigia, facta fuerint ad veritatis asserit, nimirum Virginitatis confirmationem, & insuper in demonstrationem (non quidem Sanctitatis) virtutis nempe Virginitatis eorum, non video, quomodo potuerit veritas vera miracula Divina virtute facta. Quomobrem ad rem nostram idem Angelicus quaest. 6. de potentia art. 5. ad quintum loquens de Vestali aquam in vase perforato de Tyberi portante, nec tamen effusam, ait: *non est remedium, quia sit in commendatione castitatis, quod Deus veris per suos Angelos bonis hujusmodi miraculum per retentionem aquae fecisset; quia, si qua bona in Gentilibus fuerunt, a Deo fuerunt.*

D I A B O L U M I V.
De Polytheismo, & Idololatria Hebraeorum.

S. I.
De Idololatria Vituli in Deserto.

I. Hebraeos fuisse in Idololatriam nimium pronos testantur scripturae, quae passim per Prophetas de hoc crimine ipsos reprehendunt. Morbum hunc in Aegypto, ubi servierunt per multos annos, contraxerunt, eoque identidem laboraverunt postquam in Terram Promissionis, pravo exemplo vicinarum Gentium, quae Idololatriam coliebant, & quibuscumque frequenter conversabantur, permoti. Celebrerrimum Idololatriam actus in Populo Hebraeo fuit, qui narratur Exodi 32. ubi, Moyses tectus moram in Sina coram Deo, Populus tadio affectus, ac mora impatientis, perit ab Aarone, ut ipsi faceret Deos, qui illum praecederent in itinere per Desertum, existimans forte, Moysen veluti a Deo ratum, non amplius rediturum. Quibus Aaron nimium indulgens, ex inauribus, ac monilibus finemurum confectum Vitulum auro populo clamantibus. *Hi sunt Dei tui Israel, qui te adduxerunt de terra Aegypti.* Aaron adificavit Altare coram eo, & praecox voce clamavit dicens: *Cras solemnitas Domini est. Surge, quoniam mane oblatio holocausti, & hostias pacificas.* Quomodo ergo, in adoratione hujus Vituli, qui actus ingentis Idololatriae fuit, & propterea severe a Deo punitus, quo directa fuerit illius Populi adoratio, seu quid intenderit in Vitulo illo adorare.

II. Occasionem hunc quaesitio dedit Calvinus, qui tum in Commentariis ad dictum Caput Exodi, tum in lib. 2. Insti. §. 14. par. 9. & 20. asseruit, Hebraeos in illo Vitulo sibi repraesentasse, & coluisse verum Deum; concludens: *Nihilominus & Deum aeternum Judaicum unum, verumque Cali, ac terrae Domini sub talibus simulacris persuasit evanisse se colere: & hac ratione Idololatriam fuisse, non quia factum Deum colerent, ut Gentiles: sed quia, est verum Deum colere intendere, illum tamen sub imagine sensibili colere voluerunt. Hoc autem fuisse Idololatriam Achaem, alioque, qui adorando Baal, Astartoth, &c. fuisse numina adorant, & non solum verum Numen in imagine falsi, vel cultu irreligioso. Ita Vossius, Videndum modo est, an vera dicant hi Novatores.*

III. Calvinus sequitur ejus Gregales, inter quos Vossius lib. 1. de orig. & progressu Idololatriae, cap. 3. arduans Didacmoniam, nimirum superstitiosem Numinis, & Idololatriam non solum esse, cum homo illum colere Deum in animum inducit; sed etiam si cultum religiosum mandato Dei adveniantem vero Deo praestet, ut si in creatura tamquam symbolo Divinum representante numen, Deum verum adoret. Hinc, inquit, fuisse Idololatriam Israelitarum adorantium in Vitulo Deum, eandem fuisse Micham in suo Simulacro, de quo Judic. 17. & Jeroboam in suis Vitulis, quos in Dan, & Bethel constituit, ut legere est 3. Reg. 12. vers. 28. At longe aliter fuisse Idololatriam Achaem, alioque, qui adorando Baal, Astartoth, &c. fuisse numina adorant, & non solum verum Numen in imagine falsi, vel cultu irreligioso. Ita Vossius, Videndum modo est, an vera dicant hi Novatores.

S. II.

Quid adoraverint Hebraei in Vitulo auro.

IV. Deo. Israelitae adorantes Vitulum fuerunt Idololatrae, non praefice, quia in illo, ceu in Symbolo, vel Imagine adoraverunt verum Deum, sed quia in illo intenderunt adorare, & colere falsum Numen, quale adorabant Aegyptii.

In prima parte hujus asserti dixi, Israelitas non praefice fuisse Idololatrae, qui in illo Vitulo adoraverunt verum Deum; Non enim diffidit, Idololatriam superstitiosem verum Deum, qui sub symbolo vepto, vel sub imagine falsi Numinis verum Deum adorare praesumeret, & ob id etiam dammandus, ut in specie Idololatrae Israelitae, si sub Imagine Vituli infusa ad representandum, & colendum falsum Numen Aegyptiorum, intendissent adorare verum Deum. Ideoque damnae tamquam superstitiosem reum, & vehementer de Idololatria suspicum, qui sub effigie bovis, vel aliqua ignota imagine, aut ritu pagano intenderet colere verum Deum: quia quod natura sua malum est, vel usum, & consuetudine ordinatum ad falsi numinis, & falsae religionis profectionem, non potest intentione utentis conohensari, dicente S. Augustino contra Mendacium cap. 7. ea, quae conficiuntur peccata, nulli homo causa obtentu, nullo quasi bono sine, & nulla veluti bona intentione faciunt. Quapropter damnati a Clemente XI. sunt ritus, & ceremoniae, quae Neoplati Sineses exhibebant Confusio, ac defunctis; est protestantem, his se colere, non Confusum, ac defunctos, sed verum Deum. Cum ergo Hebraei adorando Vitulum, exterius adorarent, quod Aegyptii sacrilege adorabant, non juvaret illos bona intentio, nimirum adorandi in illo Vitulo verum Deum.

V. Ceterum pro veritate sentio (& haec est secunda pars asserti) Hebraeos fuisse Idololatrae, quia de facto in illo Vitulo intenderunt colere, & adorare Apim, aut Serapim, quem Aegyptii adorabant, ut Deum in Bove, & Vitulo. Et probo ex eorumdem Hebraeorum petitione, qui accedentes ad Aaron Exodi 32. vers. 1. dixerunt surge, fac nobis Deos, qui nos praecedunt. Volebant Deum ab homine factum, qui eos doceret viam per Desertum, quam nesciebant. Si autem intendissent petere symbolum veri Dei, non dissidit fac nobis Deos, sciebant enim, Deum Israelis, & verum, non esse factibilem ab homine, sed factorem omnium. Volebant ergo, ut Aaron sibi faceret Deos, quos viderant in Aegypto, & quibus multi eorum forte servierant. Quod evincitur factis, Aaron namque, eorum mente percepta, statim convavit eis Vitulum, eumque proposuit adorandum. Sed quare Vitulum? Cur non potius columnam ad modum nubis, aut ignis, sub quibus Symbolis eos praecedere verus Deus convulerat? At sciebat Aaron, eos velle Deum, sicut viderant apud Aegyptios, ut dicit Hieronymus in cap. 4. Osa. Aegyptii autem colebant Bovem feminam, seu Vitulum, Isis facram, nomine Apim, ac Serapim. Unde Vitulum potius, quam Vitulum conficisse, vero simile censent non pauci, colore nigrum, quadrato in fronte candidam, ac maculatam in tergo, ut censet Herodotus, live in latere dextro, ut alii. Eum ergo voluerant, quem colebant Aegyptii: ac hi in Vitula non colebant verum Deum, sed Bovem, Apim scilicet, ac Serapim, hunc ergo colerunt, non verum Deum.

VI. Totum hoc confirmat factum Jeroboami, qui ut averteret Populum a sacrificando in Jerusalem, fecit duo Vitulos aureos (more scilicet Aegyptio) dicens: *Eccae Dei tui Israel, qui te adduxerunt de terra Aegypti.* ut legitur 3. Reg. 12. vers. 28. Postuitque unum in Bethel, & alterum in Dan. Scio, Vossium supra relatum velle, Jeroboamum hos Vitulos conficisse ut Populum verum Deum in eis adoraret. Sed contrarium dicit Scriptura ibi vers. 32. ubi legitur, Jeroboamum immolasse Vitulis: & cap. 13. vers. 9. Uxor Jeroboam increpatur ab Ahia Propheta his verbis: *Vade, & dic Jeroboam... operatus es mala super omnes, qui fuerunt ante te, & fecisti tibi Deos alienos, & confabiles.* Di autem alieni, & confabiles non erant verus Deus. Nec video, quomodo contrarium cuiquam suffragari liceat: Si enim Jeroboam non aliquid voluit adorari in Bethel, &